Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De fine - Cod. Ettenheim-Münster 334

[S.l.], 1742

[Fließtext]

urn:nbn:de:bsz:31-131744

Visual Library

Tractatus 4.tus

De Fine

utriusque substantiae spiritualis et corporeae.

Praesentem tractatum ob importantiam et diversitatem materiarum, necnon occurrentium in duas partes secare placet. in 1.a agetur de fine, illiusque quidditate et proprietatibus. in 2.da de mediis illum assequendi, scilicet de actibus humanis, gratia, et meritis. Sit igitur

Pars 1.ma

De Fine

Caput 1.

De Fine ut sic.

Finis communiter ab omnibus sive Theologis sive Philosophis definiri solet, quod sit id, cujus gratia aliquid fit. unde sunt in Ethica divina, causa finalis in intentione semper est prima. porro ad meliorem dicendorum intelligentiam

Dividitur 1.o in finem cujus, qui scilicet ratione sua intrinseca amabilitatis per se appetitur ut v.g. est scientia. et finem cui, qui est subjectum, cui v.g. scientia applicatur. 2.o in finem qui, seu objectivum, et in finem quo seu formalem. prior est illud bonum quod amore prosequimur, et per consequentia media inquirimus, ut est v.g. ars. posterior seu formalis est consecutio ejus boni seu actus ille quo objectum amatum consequimur et possidemus,